



einzelne verzeichnet A. III. 1915.

Differt. theol. d. d. 36

Einigen de i. g.

~~J. H. 10.~~

EX BIBLIOTH.

NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-16.

SIGNAT. CLVCCCXIII.

Q. D. B. V.

DISPUTATIONE PHILOLOGICA,
EX

Bileami Vaticinio

NUMER. XXIV, 17.

STELLAM EX JA-
COB ORIUNDAM,

adversus

Judæorum quorundam detorsiones
asseret

PRÆSES

M. JOH. HELVICUS WILLEMER,

Mæno - Francofurtanus,

RESPONDENTE

PETRO ARENDT, Osterbroco-Hadelensi,
Phil. & SS. Theol. Stud.

Anno 1678. Ad diem 23. Octobris,

Horis antemerid.

In Auditorio Veteri,



WITTENBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI.



L. D. A. N.
DISPUTATIONE PHILOLOGICA

Bilcani Variatio

NUMER XXV

STELLAM EX JA.
COR ORINDAM

Judicium quorundam de ratione

MIKHAIL WILLMER

Stano-Franciscanus

RESPONDIT

PETRO ARENDT, Officiario-Hableni

Pol. & SS. Theol. Stud.

anno 1872 die 24. Octobris

In Hableni


In Hableni

Typis Christiani Schröderi

WITTMER

Typis Christiani Schröderi





// //
: עמי עשו :

§. I.



Uimmâ semper fide & magna
cum laude in legendis Divini-
Scripturis, tractandisq; doctrinæ cœ-
lestis capitibus versatus est *Augustis-
mus Hipponensium Præsul.*, dignumq;
summô Virô tulit iudicium *Tract. IX.*
in Johan. inquit: *Non sapit Vetus*

*Scriptura, nisi CHRISTUS in ea intelligatur: Lege omnes li-
bros Propheticos, non intellectu CHRISTO, quid tam insipidum
& fatuum invenies? intellige ibi CHRISTUM, non solum sa-
pit, quod legis, sed etiam inebriat.* Quo nomine Judæi me-
ritam incurrunt reprehensionem *Theodoret*: quòd malitiæ
adsveti, & suæ infidelitatis excusationem contexentes aliis
quibusvis rebus Psalmos adscribant potius, quàm CHRISTO.
Hæc ipsa cum Psalm. XL. 8. Jes. LIII. II. Luc. XXIV. 27. Joh. V.
39. XX. 31. Act. X. 43. XXVI. 22. aliisq; Divini-
Scripturæ sententiis collata, facilè in eam nos impulerunt mentem, ut
omni nisu, conatu ac labore CHRISTUM, CHRISTUM in
profundissimo Theologiæ oceano, Mose, quærendum atque
investigandum nobis sumeremus. Ubi inter locos Mosis
præcipuos, multorum curâ hætenus ventilatos, memoriæ
occorrebat illustris Bileami, de Christo vaticinantis senten-
tia, quâ Christum nomine ac figurâ Stellæ ex Jacob oriundæ
accuratè est complexus, verbis sequentibus:

In tex-

In textu authentico: **דָּרָךְ כּוֹכַב מִיַּעֲקֹב וְקָם**
שֶׁבֶט מִיִּשְׂרָאֵל וּמַחֵץ פְּאֵתוֹ מוֹאָב וְקִרְקַר כָּל-בְּנֵי-שֵׁט:

Onkelos: חַוִּיתִּיה וְלֹא כִּפְזוֹ סְכִיתִּיה וְלֹא אִיתוּהוּ:
קָרַב כִּד יָקוּם מֶלֶכָּא מִיַּעֲקֹב וְיִתְרַבָּא מְשִׁיחָא מִיִּשְׂרָאֵל
וְיִקְטוּל רַבְרָבֵי מוֹאָב וְיִשְׁלוּט בְּכָל בְּנֵי אֵינֶשָׂא: וְיִהְיִ
אֲדוּם יִרְתָּא וְיִהְיִ יִרְתָּא שְׂעִיר לְבַעְלֵי דְבְּכוּהֵי וְיִשְׂרָאֵל
יִצְלַח בְּנִכְסֵינ: וְיִיחֹות הָר מְדָבִית יַעֲקֹב וְיִוָּבֵר מְשִׁיחָב
: *Video eum, & non modò; intueor eum, sed non est propè: cùm consurget Rex de domo Jacob, & un- getur Christus de domo Israël, & occidet Principes Moab, & dominabitur in omnes filios hominum. Et erit Edum a he- reditas, & erit Seir hereditas inimicis suis. Israël autem pro- sperabitur in substantia. Et descendet unus de domo Jacob, & perdet eum qui evaserit de civitate popularum.*

Targum Hierosol. חַמִּי אֲנָא לִוְה וְלִית הוּא כְּדִין
וּמִסְתַּכַּל אֲנָא בֵּיה וְלִית הוּא קְרִיבָא עֲתִיד לְמַקָּם מֶלֶךְ
מְדָבִית יַעֲקֹב וּפְרִיק וְשְׁלִיט מְדָבִית יִשְׂרָאֵל וְיִקְטוּר
תְּקִיפֵי מוֹאָבָי וְיִרוּקוּ וְיִשְׁוִצוּ כָּל בְּנֵי מְדִנְחָא:
וְיִהְיִ אֲדוּם יִרְתָּי מוֹרְגֵי דְגַבְלָא לְבַעְלֵי דְבְּכוּהֵן
וְיִשְׂרָאֵל יִתְגַּבְרוּן בְּחֵיל תְּקִיפָא: עֲתִיד מֶלֶךְ לְמִיקָם
מְדָבִית יַעֲקֹב וְיִשְׁוִצוּ יַת כָּל מַה דְּמִשְׁתַּיִיר מִן בְּרַפָּא:

Video illum, & non est nunc, animadverto illum, nec est pro- pinquus: futurum est ut surgat Rex ex domo Jacobi, Redem- tor atq; Dominator ex familia Israëlis. Is interficiet Poten- tiores Moabitarum, spoliabit & excindet omnes orientalis: plaga homines. Edom erit hereditas, mons termini inimi- corum



sed non jam diu; & inspexi eum, sed non est proximus. Orietur stella ex Jacob, & surget Princeps ex Israel, & perdet gigantes Moab, & subjugabit omnes filios Seth. Eritq; Adum hereditas ejus, & Seir possessio inimicorum ejus, ipsius erit: & Israel vires acquirat. Descendet autem ex Jacob, & perdet eum, qui evadet ex urbe.

Arabs: Video rem, & non est existens modo; & aspicio illam, & non est propinqua: nam emittetur stella de stirpe Jacob, surgetq; virga ex progenie Israel, & debilitabit regiones Moab, & concutiet omnes filios Seth. Et erit Adum confusus, & eodem modo Seir, omnesq; inimici ejus: Israel vero crescat in robore. Et qui dominabitur de stirpe Jacob, perdet profugum e civitatibus.

LXX. Interpretes: δείξω αὐτῶ, καὶ ἔτι νῦν. μακαρίζω, καὶ ἔτι ἐλίξει. Ανατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, (καὶ) ἀναστήσεται ἀνδρῶπ. ἐξ Ἰσραήλ καὶ θραύσῃ τὰς δεχνηγὰς Μωάβ, καὶ περινομεύσῃ πάντας (τὰς) γὰς Σηθ. Καὶ ἔσται Ἐδομ κληρονομία, καὶ ἔσται κληρονομία Ἡσαὺ ὁ ἐχθρὸς αὐτῶ. Καὶ Ἰσραήλ ἐποίησεν ἐν ἰσχύϊ. Καὶ ἐξεγεθήσεται ἐξ Ἰακώβ καὶ ἀπολεῖ σωζόμενον ἐκ πόλεως. Ostendam ei, & non modo: beatifico, & non appropinquat. Orietur stella ex Jacob: exurget homo ex Israel: & percutiet Duces Moab, & praedabitur omnes filios Seth. Et erit Edom hereditas: & erit hereditas Esau inimicus ejus. Et Israel fecit in fortitudine. Et exurget ex Jacob & perdet eum, qui salvatur, de civitate.

Vulgatus Latinus: Orietur (emendat Osiander: procedet enim) stella ex Jacob, & consurget virga de Israel, & percutiet Duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth.

Pagninus & Arias Montanus: Incessit stella ex Jacob & surget virga ex Israel, & transfiget angulos (terminos) Moab, & destruet omnes filios Seth.

Juni

Junius & Tremellius: Video illud, non tamen nunc, contemplor illud, sed non propinquum: procedit stella ex Jahakobo, & exurgit sceptrum ex Israele, quod franget latera Moabitarum, & destruet omnes eos qui ponè sunt.

Sebast. Castalio: Videbo eum, sed non jam: aspiciam eum, sed non mox: proficiscetur stella ex Jacobo, existetq; sceptrum ex Israele, quod & Moabitarum Optimates franget, & omnes à Setho prognatos perdomabit.

B. Lutherus, paraphrasi Vinarisum illustratus: Ich werde Jhn sehen/ aber jetzt nicht / ich werde Jhn schauen/ aber nicht von nahen (Was ich jetzt dir offenbahren werde/ wird zu seiner Zeit erfolgen, als wenn ichs schon gegenwärtig sehe: Aber doch wirds so bald nicht geschehen.) **Es wird ein Stern aus Jacob aufgehen/** (es wird ein leiblich Königreich unter dem König David und Seinen Nachkommen aufgehen/ und währen bis auff den Messiam/ den ewigen Sohn Gottes / welcher nach seiner menschlichen Natur aus diesem Volck wird herkommen / und an statt des leiblichen Reichs ein geistlich und ewiges Reich anrichten/ und als der rechte Morgenstern Offenb. Joh. 22/v.16. den Seinen fürleuchten zum ewigen leben) **und ein Scepter aus Israel aufkommen/** (das wird nicht entwendet werden von Juda / bis der Messias komme/ i. B. Mose 49/v.10. welcher wird ein geistlicher König seyn/ und ein geistlich Reich haben) **und wird zuschmettern die Fürsten der Moabiter / und verstören alle Kinder Seth** (die stolzen Völcker/ so sich rühmen/ daß sie von Seth/ Adams Sohn/ herkommen/ dardurch aber ins gemein die Feinde des Volcks Gottes/ und sonderlich des Reichs des Messia verstanden werden.)

In hoc luculentissimo Bileami vaticinio ut CHRISTUM Humani generis Sospitorem debitâ diligentia quæramus, quærendo inveniamus, inventum mente fideq; teneamus, ore scriptisq; ex dignitate asseramus, studiosè attendemus
eum

8. 20
cum ad auctoritatem dicentis, tum ad singula vaticiniū ver-
ba; additis è Philologiæ S. penu annotationibus, pro institu-
tione, brevioribus. Quod argumentum de salutis au-
ctore & Rege nostro gloriosissimo longè dignissimum, nec
uni difficultati ob Interpretum varietatem expositum, ma-
gno cum fructu fideiq; certitudine in fidelium cœtu docen-
dum, suisq; adversus contra sentientes rationibus asseren-
dum. Hanc nobis gratiam ut clementissimè concedere
dignetur DEUS Ter Optimus, Terq; Maximus, sollicitis Eum
precibus veneramur supplices. Expectamus, Clementissi-
me DEUS, ut trepidi hujus cœpti exordia incites, & profectu
acrescente confirmes, & ad consortium Prophetalis Apo-
stoliciq; Spiritus deducas, ut eorum dicta, non aliò quàm i-
psi locuti sunt sensu, apprehendamus. verborumq; propri-
etates iisdem rerum significationibus crequamur; fiat JE-
SU! fiat!

§. II. Consideratur vaticinium nostrum vel ut vivā
solenniq; primū voce prolatum, vel ut deinceps idem in
litteras est relatum. Si vivæ vocis *ivē yēia* spectemus, prin-
ceps causa Spiritus S. est, usus ministeriō, improbi cetero-
quin, Bileami: Scribendi actum si expendamus, Auctori
summo, vicissim Spiritui S., Moses, Minister DEI fidelissi-
mus, inserviit: rem specialissimā ratione menti suæ illu-
stratā inditam inspiratamq; iisdem determinatè verbis, li-
teris atq; punctis sine erroris metu aut insécurité corrupti-
onis periculo, fidelissimè reddens. Quod posterius, cum
in nullam hīc veniat controversiam, suō meritō missum fa-
cimus; potiozem Ejus utriusq; curam habituri, cujus impul-
su ac ore hæc primū sunt prolata. Ubi cum Spiritus S.
ope conjunctam Bileami operam pronuntiamus. *Bilea-
mum itaq; in edendo hoc sigillatim vaticinio, Spiritu S. actum
impulsurumq; esse,* luculenter satis patet ac solidissimè confir-
matur

maatur disertâ Moſis professione, Vatis nostri præfatione, consentien-
 te Spiritûs S. per Davidem ac Johannem testificatione, genuina de-
 niq; donorum Spiritûs S. ministrantium ratione: quibus auctoritas
 rectè sententiarium adjungitur. Luculentum est Spiritûs S. testimo-
 nium, disertâ Moſis literâ de Bileamo editum Numer. XXIV. 2, & irrui-
 in Bileamum Spiritus DEi: qui אלהים רוח non nisi Spiritus S.
 est, qui עלה בלבו ascendit in cor ejus, ut rectè רשׁי Spiritum S. hîc &
 aliâs cû suis admittens, sed non 1. ut tertiam Deitatis personam; verùm
 2. qui tantum Prophetas integris sensibus, non 3. per obscuras visio-
 nes afflârit: imò qui in altero templo ferè abfuerit: secundum illud
 משמתו נביאים אחרונים. cap. 9. מסכת סוטה תלמוד בבלי
 נסתלקה רוח הקדש מישראל ועדיין היו משתאשין בבת קול:
*Ex quo mortui sunt Prophete Posteriores, Haggæus, Zacharias & Ma-
 lachias, Spiritus S. sublatus est ab Israel, & hæcenus usi sunt illò oracu-
 li genere, quod בת קול dicitur: redditò ut in tonitru per nubes sonò,
 velutecho, factum; sed fabulis Judæorum & præstigiis Damonum,
 ex merito annumeratur. De quo oraculo prolixè Jos. de Voisin ad
 Proem. pugion. f. 101. & 272. seqq. Fagius in Targum Onkelos ad Exod.
 28. sub fin. & Scholiis ad פרקי אבות cap. VI. Edit. Isnens. A. 1541.
 Drusius Lib. I. Præter. p. 6 seq. Cregutus revelat. arcan. c. 24. p. 824.
 Buxtorfius Lex. Rabb. Talm. f. 320. Hottingerus Lib. II. Thes. Phil. c. 1.
 sect. 4. p. 515 seqq. Glassius Lib. 5. Phil. S. tr. 1. c. 10. p. 251. Lightfootus Hor.
 Hebr. in Matth. III. 17. p. 63. seq. Alstedius in Chronol. tit. 42. Heinsius
 Aristarcho S. cap. 25. Schindlerus in Lex. rad. קול.*

§. III. Noster Bileam non tali oraculo monitus, sed ipsomet
 Spiritu S. actus, sensu satis penetranti exorditur περιουρην nostram,
 ritu Patriarchis ac Prophetis, Sanctissimis DEi hominibus receptò, in-
 quiens v. 16. נאם הנבר. Jam verò נאם designat sermonem
 certum, indubitatum, fidelem, omni fide & acceptione dignum, plus
 quàm humanâ attestatione, magnâ gravitate & singulari pondere af-
 fertum, divinâ voluntate ac inspiratione infallibili & αὐτοπίστῳ alla-
 rum. Cui apud D. Paulum respondet πῶς ὁ λόγος ἔπιστης ἀπὸ δοχῆς
 ἄξιῳ 1. Tim. I. 15. In quam rem conferantur D. Gerhardus Harum.
 Erang. c. 157. p. 522. b. D. Dorscheus Pentad. diss. 13. §. 2. seqq. p. 436. D.
 Ceier Tom. I. in Ps. p. 628. Tom. II. p. 694. in Proverb. p. 1549. D. Pelargus
 Scholi



Schol. pæn. p. 154. D. Balduinus in Tit. 3. p. 1507. b. Altera vox הגבר virum denotat, viribus instructum ac prævalentem. Id vocis origo & Scripturæ S. usus confirmant, id Translationes cujusq; generis optimæ testantur. Frustra igitur Judæi aliū hujus vocis sensū cōminiscuntur & gallū gallinaceū ex chaldaico גברא transferunt, teste D. Hieronymo ad Jes. 22, 17. Injustissimè eam significationem detorquent ad Bileamum, exemplō à Baal Hatturim in Num. 24, 3. proditō: קרא הגבר שדומה בלעם לתרנגול כמו שהתרנגול הוא נואף מכל כן בלעם רבע אתונו וכמו שהתרנגול יודע העתים כן בלעם יודע לכוין השעה שהקכה כועס. כמו שהתר / דרכו לעמוד Bileam על רגל אחר כן בלעם חגר באחת מרגליו: vocatur הגבר quia similis est gallo gallinaceo. Sicut enim hic coit cum quacung;: ita Bileam coivit cum asina sua. Uti gallus novit temporum intervalla: ita Bileam noverat attendere ad horam Dei irascentis. Et ut consuetudo galli fert alteri pedi insistere: sic Bileam uno pede claudicabat. Prius de asina Talmudistæ etiam in סנהדרין cap. ult. asserunt, & probare satagit idem בעל הטורים ad Numer. 22, 30. ex asinæ ad Bileamum verbis miraculosis עלי רכבת quæ per Gematriam, primum genus interpretandi cabbalisticum, ejusq; modum priorem in numeris (732.) respondent verbo רבעתני coivisti mecum. Scilicet DEus curabat, asina intelligebat atq; eloquebatur gematriæ artem verè ludicram: etiamsi הפשט דרך sensum literalem Judæi impiè vocent דבר קטן rem parvi momenti, מדרש verò sive allegoricum ejusmodi דבר גדול magnam rem, atq; impientissimè pronuntiet: כמין והמשנה כיון והשט כקונדריטון: similis est textus biblicus aqua, Mischna vino, Talmud verò condito, ut recenset Cl. Schickardus ברונת הפרושים p. 6. atq; Buxtorfius recens. oper. Talmud p. 232. Hæc profana Scripturas S. detorquendi libido ubi obtinuerit, facilè Bileamum claudum, coclitem, quin & æternū damnatam, cum Baal Hatturim, aliaq; partim incerta, partim manifestè falsa, pro veris asserere licebit.

§. IV. Parū certè abest, quin Bileamum oculorum usu prævent, & reliqua ejus verba insigniter depravent Judæi. Bileam satis significanter loquitur, vocando se שמתם העין: שמע אמרי אל וידע רעת עליון שרי יחזה גפול וגלוי עיניו: Quibus verbis illu.

Illuminatos sibi oculos, patefactas ad eloquia DEi aures, sublimio-
 rem deniq; scientiam, certò ritu divinitus communicatam, accuratè
 complectebatur, atq; ex vero referebat. Primò העין שותם deinde
 גלוי עיניו ἐπεξηγητικῶς sibi junguntur, eandemq; illuminationem
 ad res divinas penitus cognoscendas factam inferunt. Nam
 גלוי עיניו nihil aliud notat, quàm Prophetam hunc supernaturali
 lumine fuisse collustratum: uti & antea DEus oculos ejus retexerat seu
 aperuerat Numer. XXII. 31. ut docet D. Geier Tom II. in Psal. p. 862.
 Consensum ad loc. cit. testantur Onkelos: וְגַלְיָא וְיַת עֵינָי Syrus
 גַּלְיָא וְיַת עֵינָי nec non Samaritanus, Arabs atq;
 Græci: ἀπεκάλυψεν ὁ θεὸς τὰς ὀφθαλμοὺς, non cæcos à videndo,
 sed illustri visione angeli carentes, nunc autem gaudentes. Ean-
 demq; oculorum, mentis tamen potissimùm, apertionem infert locu-
 tio שותם העין. Vox equidem שותם semel atq; iterum, nec nisi h. l.
 v. 3. & 15. obvia, eòq; magis controversa est. In duas potissimùm par-
 tes scinduntur ebraicè eruditi, quorum aliqui significationem clau-
 dendi, obturandi, obstipandi; plures alii contrarium recludendi, a-
 perendi, retegendi sensum rectissimè urgent, adeoq; גלוי hîc respon-
 dere evincunt. Genuinam aperiendi significationem hîc agnoscunt
 in Versionibus Onkelos וְיַת עֵינָי וְגַלְיָא לֵיהּ qui pulchrè videt,
 & cui revelantur, Syrus Cujus detectus est oculus, Samaritanus atque
 Arabs vir acuti obtutus, LXX. Interpp. dixit homo ἀληθινὸς verax verè
 videns: ita etiam Munsterus, Vatablus, Pagninus, Junius, Tremellius,
 Osiander, Malvenda, ipsèq; Lutherus. Consentunt præterea Cajeta-
 nus, Drusius, Ainsworthus, Fagius, Augustinus Steuchus Eugubinus &
 cum hoc Sixtus Senensis Lib. V. Bibl. S. annot. 125. Buxtorfigatq; Nicolai
 in Lexic. Similiter R. Sal. ben Melech. cum רָשִׁי ad Num. 24, 3. agnoscit
 verbum שותם esse פתוח atq; opponi eidem סתם occlu-
 dere, ut Sapiens R. Aben Esra annotavit, & R. Dav. Kimchi concessit.
 Quin etiam Doctores Talmudici hæc duo verba opponunt, de Bilea-
 mo hîc asserentes וינבו וישתום ויסתום quòd clausos reclu-
 sosq; habuerit oculos ista elocutus. Quas inde comminiscantur
 fabulas, recensione pariter ac refutatione indignas, videre licet apud
 R. Sal. Jarchi ad Num. 24, 3. ex Talmud Massechet Nidda cap. 3. fol. 31.



adductas. Alii literarum **שָׂטוּר** affinitate decepti, cum opposito **סָתוּר** confundunt, reddentes *occlusus*, ut Arias Montanus, Oleaster; vel *obscuratus, conspiciatus*, ut Figurina, Mercerus, Marinus, Försterus, Avenarius, Schindlerus; vel denique *obturatus*, ut cum Vulgata Hieronymus, Lyra, Estius, Menochius, Tirinus, Del-Rio Tom I, adag. in 115. Pineda in Job. 10, 4. num. r. Lorinus Comm. in Num. 24, 3. qui Jesuitæ patrociniū Vulgatæ malè suscipiunt, irritoq; successu tuentur, varia quærentes effugia, satis absurda. *Qua quidem in re mirum videri possit, esse homines, qui tantum elaborare velint, ut ea, quæ parum aptè, perperam etiam & minùs prudenter atq; piè, sed & ridiculè dicta sunt, tanquam oraculum aliquod mordicùs arripiant, & in iis interpretandis, enucleandis, vestiendis, omnem operam & aetatem consumant, quasi eò conducti essent, ut alienam stultitiam & errorem, vigiliis & labore suò maximò defendant, & in alterius impudentiam, sui pudoris existimationem amittant, ut accuratò iudiciò, quod de simili argumento Sleidanus tulit, acquiescamus.* Diversam ab his rationem inivit Cl. Ravius Fontis Sionæi col. 1951. asserens, **סָתוּר** significare *aperire, recludere*: vel contra *occludere*, indeque **שָׂטוּר** Num. 24, 3. 15. convertit *reclusus, occlusus*. Verùm ita **שָׂטוּר** Threnor. 3, 8. & **סָתוּר** cum opposito **שָׂטוּר** confundit, geminum idq; contrarium unius vocis significatum (in paucis cateroquin verbis ex Scripturæ S. usu observatum.) præter necessitatem statuit, quin & simul in uno eodemq; loco nostro asserit, adeoq; an clausos apertosve Bileami oculos vel utrosq; simul voce **שָׂטוּר** velit intellectos, in dubio relinquit. Optimâ tamen ratione cum **סָתוּר** Germanorum *sumum* confert, ut Avenarius Græcorum *σπομω* os obturo. Ita igitur habemus, apertum denotari oculum mentis, quòd optimâ ratione viderit ac intellexerit Bileam ea, quæ divinitus eidem sunt revelata, quæ minimè vana, sed certò futura erant: In altera voce **עין** frustra quærit argutias R. Sal. Jarchi ad Numer. 24, 3. inquit: **ועל שאמר שתום העין ולא אמר שתום העינים למדני שסומא באחת מעיניו היה**: *Dum vocis עין singularem numerum adhibet, non dualem, docet nos, quòd cæcus fuerit Bileam quo ad oculorum alterum.* Idem asseritur in **ויגל כי סומא היה לחוריעו שאף העין** ad Numer. 22, 30. **ברשותו** *DEus detexit, quia cæcus fuerat, ut ostenderet ipsi, quòd etiam*

occlusus

oculus in potestate ejus. Verum quaedam utut à natura bina sint ef-
 formata, duali tamen non efferuntur, et si id fiat *וְסֵי תַּיִן תּוֹ וְלַעֲיֹסוֹן* :
 ut accuratè confirmat *D. Weller Spicil. dist. 3. q. 2. §. 3. seqq.* Oculus
 ponitur pro oculis, ut rectè hic Ainsworthus. Neque oculus pri-
 mariò corporis membrum hìc notat, sed refertur ad mentem & co-
 gnitionem, ut saepe aliàs: quò videatur *D. Glasius Philol. S. Lib. V. Tr.*
n. c. 11. p. 339. (1289.) Aperire vatum oculos in Scriptura S. non est:
 cœcis restituere visum, sed illuminare mentem, sublimium notitiam
 animo indere. Et Bileamo sigillatim mentis oculum, sed malum, tri-
 buunt Rabbini in *אבות פרקי אבות cap. 5. p. m. 122. edit. Jsnens.* *כָּל מִי שֵׁשׁ*
בְּנוֹ עֵין רַעָה וְרוּחַ גְּבוּחָהּ וְנַפְשׁ קָצְרָהּ מִתְלַמִּידוֹ שֶׁל בַּלְעָם הַרְשָׁע
In quocunq; sunt oculus malus, spiritus elatus, & anima ampla, is est ex
discipulis impii Bileami. Quod ibidem Fagiusex *מַרְמְרִים* pluribus
 confirmat. Contrarià verò ratione, si in Bileamo corporis confi-
 tutionem spectemus, nullò Scripturæ S. vel alio satis idoneò docu-
 mentò conficere licet, Bileamum fuisse claudum vel cœcum: uterque
 potiùs oculus integer eidem tribuitur, atque apertio *עֵינָיו* disertè
 memoratur Num. XXII, 31. XXIV, 4. 16.

§. V. Si missis oculis, aures Bileami ad eloquià DEi attentas con-
 sideremus, dilucidè rem exponit ipse, vocando sese *שָׁמַע אִמְרֵי אֱלֹהִים*.
 Ubi *שָׁמַע* juxta propriam & primariam significationem est audire,
 prolata distinctò sonò verba, perq; hæc delatas ad animum res benefi-
 ciò aurium cognoscere ac dijudicare: ita ut nec corporis instrumen-
 tum, nec animi sensum hìc excludamus, sed utrumq; conjunctum fu-
 isse asseramus. Id objectum auscultationis hujus comprobat, quod
 fuerunt *אִמְרֵי אֱלֹהִים* verba perfectum sensum continentia & gignentia.
 Sic enim juxta sapientem *R. Aben Esra ad Ps. 19, 4.* *אִמְרֵי אֱלֹהִים הֵם הַרְבּוּרִים*
שֵׁשׁ לָהֶם טַעַם שְׁלֵמִים כְּאֹמֵר רְאוּבֵן חַי וְזֶה לֹא יִהְיֶה דָק
מִחֲבַר דְּבָרִים וְהַרְבּוּר. הוּא רְאוּבֵן וְהַקּוֹל יִשְׁמִיעַ אוֹת רִישׁ רְאוּבֵן
in hunc feresensum: אִמְרֵי notat plura verba, quib; inest perfecty sensy:
ut si dicā: Ruben vivit, non est nisi compositio verborum seu enuntiatio:
דְּבָרֵי אֲבָרָם אֲבָרָם אֲבָרָם קוֹל deniq; audita unica li-
tera רְ vocis Ruben. Ejusmodi verba perfecta audivit Bileam, sed &
 perspicua, ipsius nempe DEi *אֱלֹהִים*, non angeli tantum, sive boni in via,
 sive spectri diabolici aliàs. Verba nimirum dehortatoria, commi-

B 2

ator



natoria, benedictoria, adeoq; annunciatoria vitæ & mortis, tempo-
 ralis & aternæ. Sed potior lis movetur de subjecto & modo auscul-
 tationis: num Bileam vigilans, an dormiens hæc cognoverit, adeo-
 que an auditus tantum menti, an verò auribus simul sit tribuendus?
 Nos vigilanti hæc accidisse dicimus, adeoque soli menti auditio-
 nem hanc minimè tribuimus. Ita non asinam tantum, sed angelum
 etiam loquentem audivit Num. 22, 28. seqq. quin etiam ipsummet Je-
 hovam atq; DEUM obviam sibi factum c. 23, 4. 5. Contra dormienti
 hæc contigisse ad vocem נופל afferunt LXX. Græci, Chaldæus, Sy-
 rus, Vatablus & Fagius, cui novum adjicit commentum רָשָׁי ad Num.
 24, 4 כְּשֶׁהָיָה שׁוֹכֵב וּמְדַרְשׁוֹ כְּשֶׁהָיָה נֹגֵלָה עָלָיו לֹא הָיָה בּוֹ כֹחַ
 לַעֲמֹד עַל רַגְלָיו וְנוֹפֵל עַל פְּנָיו לְפִי שֶׁהָיָה עֵרֵל וּמֵאוֹס לְהוֹת
 : Simplex & literalis vocum
 נופל וגריו וגו' sensus est juxta chaldaicam interpretationem: quòd
 non revelatum sit ei quicquam nisi noctu, quum cubans dormiret. Et
 anagogica s. mystica earundem explicatio est, quòd, cum aliquid ei esset
 revelatum, nulla ipsi facultas relicta fuerit insistendi erecto corpore pe-
 dibus; sed pronus potius in faciem suam prociderit, eò quòd non
 esset circumcisus, atq; reprobandus sive indignus, cui revelaretur quic-
 quam, erecto coram Deo corpore constituto. DEus equidem repe-
 tità vice noctu ad Bileamum venisse dicitur Num. 22, 9. 20. antequam
 iter ingrederetur. Eò autem confectò, Bileamo apud Balack con-
 stituto atque verè obambulanti occurrisse dicitur DEus Jehova c. 23,
 4. 5. 16. Quòd autem נופל dicitur, variè reddunt: cadens, exci-
 dens, dormiens, in genua prostratus, ut B. Lutherus: Wenn er nieder-
 kniet. Verùm נופל non est referendum cum Castalione ad lapsum
 asinæ Num. 22, 27. quòd ei simul lapso oculi sint patefacti, ut videret
 angelum: neque cum allegatis autoribus ad somnum, quòd in altum
 soporem ceciderit, ut Abraham Gen. 15, 12. cum דיס דיס מסוון Abra-
 hamum à Bileamo distare ipsi etiam Rabbini in פרקי אבות l. c. fate-
 antur; sed nec propter preputium in terram pronus cecidit, ut רָשָׁי
 contendit: quoniam Ezechiel c. I, 28. III, 23. XLIII, 3. Daniel c. VIII, 17. 18
 & Johannes Apoc. I, 17. circumcisi licèt singuli, prociderunt tamen in
 faciem. Peculiaris igitur subest ratio, apud religiosissimos etiam usu
 rece-



recepta, quâ in ejusmodi revelationibus atque ἐκστάσι constituti, vel-
ut extra se sensusq; suos rapti & adorabundis similes genibus innixi
vel in faciem proni, excidisse mente, vel cadere & jacere dicuntur, ob
supervenientem prophetiæ spiritum 1. Sam. 19, 24. qui sublimiorem
communicare notitiam solet, de qua postremò ex Bileami præfatione
institueramus dicere.

§. VI. Disertè enim tribuit sibi עליון דעת. Jam דעת notat
scientiam certam, suis rationibus nixam, antecedentium causarum,
præsentium circumstantiarum, insequentium deniq; effectuum pro-
bè conciam, civilem pariter ac divinam. Talem indubitam atq;
infallibilem notitiam se non habere tantùm, sed scire etiam dicit.
Bileam דעת ירע: verbum ipsum cum nomine conjugato non si-
ne penetrantissima significandi vi constructum, *D. Glassius Phil. S.
Lib. III. Tr. 3. cap. 32. p. 335. (617.)* hinc notat scientiam sine erroris pe-
riculo, cum interiori mentis assensu, assuratione ac certitudine in-
fallibili conjunctâ, quæ reddit ἀμετάπτωτον. Inprimis cum sit עליון
excelsissimi ac gloriosi DEI. Vox autem ea in regimine constituta, non
subjectivè sed effectivè hinc significat, ut aliàs, de quo *D. Glassius Phil:
Lib. III. Tr. 1. c. 30. p. 102. (449.)* Atq; hæc est tergemina Vatis nostri
præfatio luculenta: nunc justo ordine sequitur consentiens Spiritus
S. per Davidem & Johannem testificatio.

§. VII. In eundem enim de Messia sensum loquitur Spiritus S.
ore Davidis Ps. LXXII. 7. 8. quem locum eleganter cum nostro con-
fert *Baal. Hatturim ad Num. XXIV. 16. 19. אמר וגו' ויודע דעת וגו' /
כאן ויודע וגו' לפי שרצה לגלות ימות המשיח ויוד
מיעקב ב' במסורה ואורך ויוד מיום עד יום החינו
: Dicit hinc de se Bi-
leam: quòd intelligat mentem altissimi: quia voluit revelare tempus
Messie. Cum v. 19. dicitur ויוד, in Masora dicitur bis occurrere. Al-
ter locus est Ps. 72, 8. Uterq; Bileam David, vaticinatus est de Rege Mes-
sia. Et in novo Fœdere ipse Optimus. Interpres ac Salvator Christus
verba Bileami repetere ex parte, sibiq; rite applicare videtur D.
Johannis eloquiò Apoc. XXII. 16. inquit: ἐγώ εἰμι ἡ ρίζα καὶ
τὸ γένος τοῦ Δαβὶδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὁ ὄψθρονος. Ejusdem igitur
Spiritus impulsu & locutus est ista Bileam, & scripserunt David atq;
Johan-*

Johannes iisdem ferè verbis consonum & luculentum de Christo te-
stimonium.

§. VIII. Nec refragantur huic asserto ἀπιστία & πλεονεξία
aliaq; nefanda facinora Bileami: cùm Diviniore Literæ pariter atq;
quotidianus rerum usus confirmet, dona Spiritûs S. ministrantia
in profligata vitæ homines sæpe cadere: Judamputà Matth. X. 5. Lu-
cæ IX: 1. Caipham Joh: XI. 50. 51. aliosq; quorum in tanta ψευδο-
προφητιῶν & ὑπερημάτων copia non facile licet inire numerum.
Αὐτὸς γὰρ ὁ σατανᾶς μεταχειρίζεται εἰς ἄγγελον Φωτὸς 2. Cor.
XI. 14. cujus operâ Deus sanctissimus tam in δοκιμασία καὶ παιδεία
Jobi c. I. & II. quàm πικρία Achabi 2. Reg. XXII, usus legitur.
Et præterea hinc inde memorant historiæ evangelicæ veram Christi
confessionem Diabolo extortam. Nec nostra aut superior ætas pro-
fus silet tentatam à Diabolo informationem in ipsa saniori doctrina.
Quibus accedit donorum sanctificantium & ministrantium discrimen,
omnium evidentissimè à D. Paulo demonstratum 1. Corinth.
XII. atq; XIII. 1. 2.

§. IX. Hinc etiam ratione divini ministerii, ad tempus suscepti,
verum ac veracem DEI Prophetam dixerunt Bileamum Tertullianus
contra Marcion. l. 4. Josephus Lib. IV ἀρχαιολ: c. 6. B. Lutherus Tom.
VI. altenb. f. 1214. a. D. Osiander ad Num. 24. D. Gerhard. Com. in
II. Petri p. 286. D. Calovius Tom. I. Bibl. Illustr. p. 1311. D. König Vin-
dic. S. Loc. LXIII. p. 369. Manahem Ricinensis fol. 185. col. 2. Eugubi-
nus ap: Cornel. à Lapide Comm. in Pentat. p. 863. Cajetanus Cleaster,
Tirinus, T. I. Bibl. Magn. p. 334. Estius, Toftatus Tom. IV. Opp. P. II.
quæst. 3. p. 55. Bonfrerius apud Matth. Polum Synopsi. interpr. p. 70a.
Drusus in Job: XIII. 22. Junius & Tremellius ad Numer. 24. 4. aliiq;

Nos hisce, dicentis auctoritatem concernentibus, contenti
acquiescimus, dictorum sensum genuinum ac verita-
tem justo deinceps ordine per-
secuturi.

Finitur Disputatio Prior.

Q. D. B. V.
DISPLITATIO PHILOLOGICA POSTERIOR,
IN QVA
Ex

Bileami Vaticinio

NUMER. XXIV, 17.

STELLAM EX JA-
COB ORIUNDAM,

adversus

Judæorum quorundam detorsiones
asseret

PRÆSES

M. JOH. HELVICUS WILLEMER,

Moeno - Francofurtanus,

RESPONDENTE

JOH. SEBASTIANO STAUBIO,
Gelnhusanô,

Anno 1678. Ad diem Novembris,

Horis antemerid.

In Auditorio Veteri,



WITTENBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI.



Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the name 'WILLMER' and other illegible words.



S. Ute eo, quò coepimus, ordine in vaticinio Bileamì progrediamur,
X. Udicimus, verbū **וַיִּרְאֵהוּ**, quod hīc in Kal adhibitū, simplicē videndi
 sensum habet, adeoq; intransitivum est. Prætereā hæc visio citra om-
 ne dubium Bileamo tribuenda; sed juxta ó diversum prorsus subje-
 ctum substituitur, ut eorundem mentem exponit *Lorinus Comm. in*
b. l. p. 925. a. quòd doctores legis & scribæ ostensuri dicantur Christū
 in Lege, & prophetiis prophetatum. Neq; certi aliquid aut veri speci-
 em habet illa quorundam interpretatio, quòd Bileam prædicat se in
 posteris suis, venturis ex oriente Magis Math. II. 1: stellam istam atq;
 Christum esse visurum. Magos enim fuisse Syros, non æquè ut de Bi-
 leamo confirmari potest. Arabes potius vel Persas fuisse majori veri
 specie asseritur. Conf. *Chemnitius Harm. Evang. c. 10. p. 104. seqq.* Re-
 pugnat etiam visio prophetica: Videre enim sive **וַיִּרְאֵהוּ** ex Vatum inge-
 nio specialissimè non tam ad oculos corporis, quam mentis potissi-
 mùm, & quidem ad visionem prophetiæ spiritualem hīc refertur: cui
 abstrusissima futura, divinitus revelata, tam certa sunt & evidentia, ac-
 si ipsis jam oculis usurpassent eadem Vates. Qui cum ipsi vident per-
 spicue ac intelligunt ea, tum aliis etiam eodem impulsu spiritu tra-
 dunt: adeoq; ratione sui & aliorum, quibus instar oculi sunt rectissi-
 mè *Videntes* dicuntur. Hinc 1. Sam. IX, 9. **לִנְבוֹיָהּ הַיּוֹם וְקָרָא לִפְנֵיהֶם**
: הַרְוֵהָ confer. v. II, 18, 19. 2. Sam. XV, 27. 2. Reg. XVII, 13. 2. Paral: IX,
 29. XII, 15. XVI, 10. XIX, 2. XXIX, 25, 30. XXXIII, 18. Jel. XXX, 10. & c.
 ubi **וַיִּרְאֵהוּ** eodem de Prophetis sensu adhibetur. Objectum visionis
 significatur inseparabili pronomine **וְ** illum, nempe Regem Messia,
 suo regniq; splendore illustrem, ut cum stella lucidissima multis mo-
 dis conferri mereatur. Similiter *ad personam* pronomen istud refe-
 runt Chaldæi, Syrus, Samaritanus, Vulgarus, Estius, Tirinus, Castalio,
 ipseq; Lutherus, dum convertunt eum **Ἰησ.** Ubi ex vero observavit
 Cajetanus, vocem *eum καὶ ἐξοχὴν* respicere Christum, tanquam per-
 sonam, nulli comparandam & de qua dicatur, omnium maximè di-
 gnam. Illustrior redditur ea sententia ex Joh. 20, 15. ubi amoris ma-
 gna vis Mariæ Magdalenæ expressit eandem vocem *eum*, quasi hor-
 tulano & omnibus jam pariter cognitum amatumq;, æstimandum,
 certe, diceret, ut Bernhardus *Serm. in fest. Mar. Magd. col. 190.* Nic. de
 Lyra *in l. c.* B. Lutherus *Tom. V. Jen. Germ. f. 334.* atq; Lorinus *in Num.*
p. 925. annotarunt. Græci personam quidem, sed nec Christi, nec eam
 quam



quam intendunt, genuino casu expriment: propter malè assumptum
 δειξω, aliud falsum in tertio casu jungunt voce αὐτῶν; quam de
 populo Israelitico interpretantur quidam, hunc in modum: Ostendā
 illi populo, qui tunc tempore N. T. salvabitur. Sed ebraica veritas
 verbum in Kal activum significatione videndi exhibens, quartum re-
 quirat casum pronominis, ad Christum referendi. *De re* autem, non
 persona, accepit Arabica translatio, cujus in Pentateucho auctor R.
 Saadias Gaon habetur, aliorum Codicis S. Librorum incertus est, nec
 ejusdem vel industriae vel auctoritatis. Consentiunt hīc Arabi Mal-
 venda, Grotius, Piscator, Junius, Tremellius & ferè Vinarienses, red-
 dentes: illud, quod mox dicturus sum, excellentiam sive res magnas
 populi Israelitici. Easq; non praesentes ולא עתה. Particulam ꝑ per-
 rationem in textu obviam rectissimè reddidit adversativè B. Lutherus,
 J. Tremellius, Castalio & in Syro-Samaritani Translatione Angli:
 qui tamen כִּי לֹא עֵתָה minùs convenienter reddere videntur: jam-
 diu. Quoniam praesens potiùs, quàm praeteritum tempus designant,
 perinde ut ebraeorum מעתה עתה: quod utrumq; momentum praesentis
 temporis determinatè notat, opponiturq; aliàs vocibus tam
 מִלְּפָנִים קִדְמֵי וְשִׁלְשָׁם praeteritum, quàm מִחַר אַחֲרָי futurū
 designantibus. Nostra עתה originem trahit ab עתת quod cognatio-
 nem alit cum עוֹר temporis adhuc durantis particula. Nunc quidem,
 inquit Bileamus, dispositas ordine tribus singulas video, futuram earum
 hostiumq; sortem intelligo, sed orituram inde personam omni-
 um illustrissimam summisq; rebus inelytam nunc non video. אַגִּידָה
 אֵת אֲשֶׁר יִקְרָא אֲתֶם בְּאַחֲרֵי הַיָּמִים

§. XI. Idem majoris lucis & penetrantioris significationis ergo
 verbis paulò mutatis repetit ולא קרוב אשורנו contemplor, intueor
 & animadverto illum, sed non est propinquus. Vox שור juxta R.
 Nathan quidem habet פִּאֲרוֹת חֲמֵשׁ quinque significata, quae tamen
 ratione satis commodà ad duo potissimùm capita revocari possunt:
 ut dicamus primam significationem esse לשון שיר ושירה canendi,
 tam sonorà ac rite directà voce, quàm fistulà aliisve musicis instru-
 mentis: hinc aliqui cum ישר, σφύρα, Sirenes atq; schreyen confe-
 runt. Et cum cantiones in gloriam DEI laudemq; aliorum institui
 soleant, quidam sigillatim verbo huic laudandi significationem tribu-
 erunt,

erunt, ut Chaldaeus Jobi 36, 24. verba **שכחו שוררו אנשים** reddit **שכחו** & in nostro loco Samaritanus verbo **שכח** utitur, à quo nec Graeci dissentiunt, convertentes *μαναγιω*, ut habet Origenes *homil. 18.* Complutensia, Regia aliorumq; exempla; vel *μαναγιω*, ut Basilius *homil. 25. de nativ.* Eusebius *lib. 9. demonstr. evang. c. 1.* atq; Romani & Anglicani Codices legunt, utrobiq; sensu prædicandi, habendi, declarandi beatum. Verùm rectiùs **אמע & רלכנ** ad l. c. Jobi urgent *alteram* **שור** significationem *contemplandi*, accuratè inspiciendi, rectà intuendi, & cum diligenti observatione ac curiosà inquisitione ita speculandi, ut exactè singulas rationes cognitās habeamus; ac perspectas, **שפירושו הכטה ועמו מה שפירושו אויב**, ut significet accuratè intueri & quæ huic similia, itemq; hostium instar insidiosè observare, ut R. Nathan indicat. In nostro certè vaticinio nec cantio, multò minùs encomiastica locum habet: cùm Bileamus ut Propheta rectiùs dicatur videre atq; contemplari, quàm ut Poëta arma viròsq; canere. Uti **ולא קרוב ולא עתה** exactè respondet **ולא עתה**: ita vox **אראנו** eundem cùm **אשורנו** sensum habet, videndi nimirum rectissimè atq; accuratiùs contemplandi. Hinc optimè ratione uterq; Chaldaeus, Syrus, Arabs aliiq; plurimi Interpretes istud verbum ad intellectum, divinitùs collustratum & accuratè res div. cognoscen- tem retulerunt. Sed nec aliàs in S. Literis verbum **שור** sensu laudandi, multò minùs beatificandi venit. Quin potiùs post primariam canendi significationem, & in prima sui forma, & deductis inde nominibus ubiq; retinet significationem contemplandi exactè, accuratè ac rectissimè, collatione cum **ישר** institutà. Ita **ואשורנו** Hof. 14, 9. notat penitissimè & gratiosissimè contemplantor, intuebor, tuebor eum, ut rectè **אביש אליו** per **רשכם** per **אראה** per **רש**, significantiùs **אביש אליו בעין רצון** per **דרויה** per **בעת רצון** interpretatus sit. Similiter **שור** de accuratissima inspectione divina, observatione summa & vel maximè seria adhibetur Jobi 7, 8. c. 17, 15. c. 20, 9. c. 24, 15. c. 33, 14. 27. c. 34, 29. c. 35, 3. 13. 14. Qualis etiam *inimicorum* esse solet, mores adversarii accuratè observantium, & quæ sitas nocendi occasiones captantium: qui ab insidiosa ejusmodi inspectione **שוררים** Pf. 5, 9. Pf. 27, 11. Pf. 54, 7. Pf. 56, 3. Pf. 59, 11. atq; **שורים** Pf. 92, 12. dicuntur. Unde **שור**, Chaldaeis etiam **תור** (hinc *טור* taurus) murum

murum T. speculam denotat aut bovem, non nisi à contemplando: quòd à muro, specula s. propugnaculo vicina circumjecta prospicere liceat, atq; contemplationi adventantium tam amicorum quàm hostium præ aliis sese listat *murus*: bos verò visu sit terribili, aut formâ potiùs insigni conspicuus, quæ R. Bechai observatio est ad Genes. 2. Potior tamen Cl. Bohlii *disp. 4. pro formali primùm eruendo S. 27.* שור bos forsân dicitur à sua inspectione, quam quasi habet supra reliqua armenta, vel à gradus directione, quòd præeat, cum ad pascua ducuntur vacca, vel à vocis claritate, quòd bene possit audiri, cum mugit &c. Pariter *munus* quodcunq; conspicuâ formâ gaudens, dignumq; quod offeratur Domino ac ab eodem respiciatur, dicitur 1. Sam. 9, 7. תשורה confer Jer. 57, 9. Ezech. 27, 25. De qua voce ἀπαξ λεγομένη audiendus R. Sal. Jarchi in l. c. לשון רכשר מרעם יונתן כרעם תורגם וישר ומנחם פיו / תשורה לשון תקרובת ראיות פני מלך מרעם Jonathan transtulit וארם חשוב לשון אשורנו רכשר sensu recte convenientisq; oblationis. R. Menachem exponit תשורה oblationem dignam conspectu Regis aut alterius hominis honorati. Quo sensu dicitur Num. 24, 17. *contemplabor eum.* Eandem significationem aliâ ratione ex רדק ostendit R. Sal. ben Melech ad l. c. תשורה כמו מנחה וכתב הרדק שנקראת המנחה תשורה לפי שמוליך אדם אותה כמו שנקראת גם כן ארוחה: מנחה *munus, donum, oblatio.* Scribit autem R. Dav. Kimchi, quòd תשורה vocetur מנחה propterea, quia abeundo perferat aliquis munus, sicut etiam viaticum dicitur ארוחה ut habeant ista significationem ambulandi. Ipsa tandem *contemplatio* attenditur שרירות dicitur Deut. 29, 19. ubi rectè רשכם inquit: ענינו הטבת לכו ומחשבותי significat intuitionem cordis atq; cogitationes. Nostrum etiam locû confert רשיו במראית לכו כמו אשורנו ולא קרוב כלומר מה: rectissime: רואה לעשות. Eodem aliâs sensu occurrit שרירות Ps. 81, 13. ubi LXX. Επιτηδεύματα, Jer. 3, 17. ἐνθυμήματα c. 7, 24. c. 9, 13. c. 11, 8. c. 13, 10. c. 16, 12. c. 18, 12. c. 23, 17. ἑλήματα reddiderunt. Hisce equidem significationibus nõ contentus Vir Cl. Bohlius l. c. sed θέσιν Φυλάττων, aliis indulget cogitationibus, inquiens: radicis שור formale est *intendit*

tendit, de voce significat *cecinit*, de oculis *tueri*, de pedibus *ambulavit* in significationibus materialibus. Sed intendendi significatio præter Scripturæ S. usum ac ebraicè doctorum sensum tributa huic verbo videtur. Pedibus **שור** non convenit, etsi id asserat R. Dav. Kimchi ad *Jes. 57, 9.* quando quidem ibi omnium commodissimè de oblatione spectati muneris cum R. Nathan, R. Saadia Gaom aliisq; apud R. Aben Esram possit intelligi. Quapropter & in nostro vaticinio contemplandi sensum meritò retinemus, eamq; contemplationem menti tribuimus: propter objectum spirituale pariter ac longissimè remotum **ולא קרוב**. Quæ vox **קרוב** optimè convenit personæ, atq; cum **לא** propinquitatem temporis futuro Regi denegat. Eandem vocem retinent Orientales translationes, eidemq; futurum tempus accuratè opponit Targum Hieros. **ולית הוא קרובא עתיד וכו'.** Adhibetur aliàs **קרוב** de propinquitate temporis ac loci, sanguinis atq; mentis, quod suo loco ostensum.

§. XII. Nos ad verba vaticinii systatica nunc sermonem dirigimus. Ubi consideranda Christi eminens persona, officium regium, atq; regnum medios inter hostes tam propagatione quàm defensione felicissimum atq; potentissimum. Metaphoræ divinitus monstratæ ut debitam rationem habeamus, attendemus sedulo ad lucidissimæ stellæ ortum ac progressum, erectiq; sceptri longè latèq; patens dominium, præfiguratum in Davide, completum in Christo. Primum sibi locum primamq; nostri curam vindicat verbū **לך** quod ratione structuræ grammaticæ Præteriti quidem formam, sed Futuri significationem habet, ex more Scripturæ S. in primis Propheticæ, receptissimo, de quo dignus qui consulatur D. Glasius *Phil. S. Lib. I. Tr. 4. p. 225. Lib. III. Tr. 3. Can. 46. p. 372. (644.)* D. Geier *Tom. I. in Ps. p. 18. 64. 118. Tom. II. p. 1044.* Haksplan: *P. II. Not. Phil. p. 3. 81. 644.* Rectè igitur uterq; Chaldaus, Syrus, Arabs, Græci, Vulgatus, Osiander, Castalio atq; Lutherus futurum adhibent. Sed majorem, ut par est, significationis rationem habemus. Quæ quidem satis plana videtur, quando **לשון הריכה הדרכה ומרהך כל** verbum istud in genere spectatum non habet nisi unicam calcandi, incedendi, procedendi s. ingrediendi, aggrediendi atq; gradiendi significationem: quod posterius gradior factâ literarum **לשון הדרכה** à **לך** deductum videtur.

ועני

uti procul omni dubio graecorum $\pi\rho\acute{\epsilon}\chi\omega, \pi\rho\omicron\chi\delta\omega$, retentò. is hìc e-
 tiam literarum ordine. Primam calcandi significationem secutus in
 prima versione *B. Lutherus Anno 1525.* ita convertit: Es wirt ein
 Stern aus Jacob daher treten/und ein Scepter aus Israel auffkom-
 men/und wird zuschmettern die Obersten der Moabiter / und über-
 weltigen alle Kinder Seth. Edom wirt seyn besitz seyn / und Seir
 wird seyner Feynd besitz seyn / Israel aber wirt redlich Thaten thun.
 Aus Jacob wirt der Hirscher kornen / und umbringen / was vbrig ist
 von den Stedten. Melius omninò quàm *Biblia Norimbergensia* an-
 te *B. Lutherum Anno 1483.* typis exscripta: Ein Stern wirt geboren
 von Jacob. und ein Rut steet auff von israhel. und schlecht die Herzo-
 gen moab. und verwüst alle die Sün Seth. Quæ tamen optimam
 margini adjectam notam habent: er wensaget von dem fünffigen
 Krench Israhel. und von der Zukunfft Cristti und von seiner Person.
 In nostro a. vaticinio 777 non potest reddi per nasci, quem sensum
 nusquã habet, nec cõmodè satis per calcare, quod minò stellæ conve-
 nit, cui cum *Vulgata & B. Luth.* in poster. edit. ortus, vel cum *Osiandro,*
J. Tremellio, Pagnino & Aria Montano processus, magis est tribuendò.
 Hunc ortũ expresserunt Græci verbò $\alpha\nu\alpha\pi\lambda\epsilon\iota$: cùm vere hìc designe-
 tur decantata illa $\alpha\nu\alpha\pi\lambda\eta\epsilon\zeta\ \upsilon\psi\chi\varsigma$ *Luc. 1. 78.* Eundè monstravit Sy-
 rus verbò ܐܘܢܝܢܐ , quod permutatione literarum apud Aramaeos usi-
 tatissimã ab ebr. 777 deductum, eandem oriendi significationem re-
 tinet. Uterq; Paraphrastes Chaldaus substituendo verbum ܐܘܢܝܢܐ sen-
 sum feliciter reddidit, rē similitudine stellæ recens exortæ denotatam,
 diferrè denominans. Quoniam 777 hìc notat regium incessum ac
 progressum, præ definitò tempore adimpletò factum, Christo ex Ma-
 ria nato, ac in Zione Regi recens constituto tribuendum. Aliàs 777
 propriè designat *pedibus calcare*, utpote terram, agrum, regionem,
 excelsa *Deut. 1. 36. c. 11, 24. 25. c. 33, 29. Jos. 1. 3. c. 14, 9. 1. Sam. 5, 5. Job.*
28, 8. Jerem. 51, 33. Amos 4, 13. Mich. 1, 3. ut equi in aqua Habac.
3, 14. Deus in fluctibus marinis ambulare dicitur Job. 9, 8. Ita ad-
hibetur de uvarum vel olivarum in torculari calcatione, Judic.
9, 27. Nehem. 13, 15. Job. 24, 11. Jes. 16, 10. c. 63, 2, 3. Jerem. 25, 30. c. 48, 32.
Thren. 1, 15. Mich. 6, 15. Conculcare penitus atq; super humi prostratis
 incedere etiam denotat, uti de prostratis fortibus *Judic. 5, 21. Benjami-*
 nitis

nitis c 20, 43. leonibus Pf 91, 13. adibus s. palatiis Mich. 5, 4. atq; terminis v. s. habetur. Ubi verò cum nomine **תשק** constructum reperitur, notat tetendit, *intendit*, adduxit, attraxit arcum, utpote i Paral. 8, 18. 39. 2. Paral. 14, 8. Pf. 7, 13. Pf. 11, 2. Pf. 37, 12. Jes. 5, 28. c. 21. 15. Jer. 46, 9. c. 50, 14. 29. c. 51, 3. Thren. 2, 4. c. 3, 12. Zach. 9, 13. ex antiquo sagittariorum ritu, pedem alterum vel utrumq; etiam arcui vel nervo imponentium, adeoq; arcum pedibus veluti proculcantium, quò conferri meretur M. Roa *Part. II Singul. lib IV c 7.* Quanquam & sine voce **תשק** significet intendere, ut ex Pf. 58, 8. Pf 64, 4 Jerem. 9, 2. constat. Tandem ad actiones & studia malorum refertur Job. 22, 15. Jes. 59, 8. ut de **הרה** res notior est, quam ut confirmari debeat. In Hiphil notat *deduxit*, incedere fecit Jes 11, 15. tribuiturq; potissimum DEo, qui summa motus voluntatis benignitate dilectis suas justitiæ semitas primùm aperit, instruit atq; munit, gradum dirigit, sistit & confirmat, ut ne hallucinentur, labantur, præcipitesq; penitus ruant. Quò conferantur reliqua Scripturæ S. de verbo **הרה** loca Pf. 25, 5. 9. Pf. 107, 7. Pf. 119, 35. Prov. 4, 11. Jes. 42, 16. c. 48, 17. Hab. 3, 18. unde satis constabit, eum incessum ad mentem referri atq; sanctæ vitæ institutum, non passibus corporis confici, aut certi spatii atq; temporis intervallò definiri. Similem ferè in modum nostra stella metaphoricum incessum, motum atq; cursum rite tenet.

§. XIII. Dicitur autem stella Ebræis **כוכב** à radice penes Arabes hodiernum superflite **كوكب** stellavit, micuit. Ubi & significatio & singula vocis elementa apprimè respondent, consentiente aliarum Orientis linguarum suffragiò: quod ex Chald. **כוכב** Syr. **כוכב** arab. atque pers. **کوکب** æthiop. **כוכב** colligitur. Sunt qui originem ejus ebraicam prætendant, atq; deducant à **כה** extingui: quia καὶ ἀντίφρασην stella est astrum minimè extinctum: cum luce suâ, ex primigenia communicatâ, quæcunque etiam minima gaudeat. Sed cum præceptionibus grammaticis ea deductio minus convenit, neque arabicæ ullatenus præferenda. Literam **כ** mediam, quam hæc origo non suppeditat, alii substituunt recensendo radicem **ככב** pronus incubuit. Verùm nec radix, nec significatio ista in Scriptura S. usitata. Accipitur autem

D tem



tem כוכב in Scriptura S. propriô & primariô, vel tralatitiô sensu. Propriè ac generaliter notat omnia in universum lucida & globosa ætherei cœli corpora, quartô mundi die à glorioso DEO condita, die nocteq; sua mundo ministeria lucendo, tempora distinguendo, efficaciter influendo præstantia, ut nec miras variasq; eorum operationes recensere singulas, nec certum eorundem numerum inire valeamus. Solus stellarum Conditor gloriosissimus infinitâ gaudens scientiâ, naturam, operationes, numerum ac omnes in universum rationes illarum penitissimè novit, ac suis velut nominibus determinat singulas, regitq; universas. Ita majus minusq; cœli lumen, stellasq; pariter omnes, fixas & erraticas כוכב notat Judic. 5, 20. Jobi 3, 8. Ps. 147, 4. Jes. 47, 13. Daniel. 12, 3. ab insigni tam numero Gen. 15, 5. c. 22, 17. c. 26, 4. Exod. 32, 13. Deut. 1, 10. c. 10, 21. c. 28, 62. 1. Paral. 27, 23. Nehem. 9, 23. Nah. 3, 16. quàm altitudine Jobi 22, 12. c. 38, 7. Jes. 14, 13. Obad. v. 4. descriptas, & illic cum multiplicatione Israelitarum, hîc cum dejectione superbiorum potissimùm collatas. Quicquid sit de definito stellarum juxta Ptolomæum, & pari radicum ebræarum secundùm quosdam numero 1022. Contradistingui nonnunquam solet כוכב soli, ut Genes. 37, 9. Job. 9, 7. lunæ Deut. 4, 19. Jobi 25, 5. Ps. 8, 5. Ps. 136, 9. Jerem. 31, 35. aut utriq; etiam Gen. 1, 16. Neh. 4, 15. Ps. 148, 3. Jes. 13, 10. Ezech. 32, 7. Joel 2, 10. c. 4, 15. quæ lumina majora tamen generali significatu suô aliâs complectitur. Metaphoricô sensu elegantissimè nomen istud est translatum ad hominis ætatem Cohel. 12, 2. quò conferendus D. Geier Comm. in l. c. p. 448. futuram item beatorum, Martyrum imprimis ac Doctorum, gloriam, stellarum splendori assimilatam Dan. 12, 3. Sed & in hac vita ratio stellarum universa egregiè in Verbi Doctores competit, ut pluribus demonstrat D. Glassius *Phil. S. Lib. V. Tr. 1. c. 10. p. 226. (1220.)* Quòd idololatrio cultu honorarint Israelitæ corporum cœlestium imagines, eoq; nomine כוכב veniat, ex Amos 5, 26. constat: quo conferatur Joh. Seldenus *de Dis Syris Synt. II. cap. 6. p. m. 296. seq. c. 8: p. 308. seqq.* D. Chemnitius *Exam. Conc. Trid. P. IV. p. m. 678. b.* D. Glassius *Philolog. S. Lib. IV. Tr. 3. pag. 865. (1007.)* Frischmuth *de Melech et cœli.* Kircherus *Tom. I. Oedip. Egypt. Synt. 4. c. 22. p. 387.* Hottingerus *Smeg. Orient. p. 78. Dieu ad Act. 7, 43.*

Poco-

Pococke not. ad Abul Far. p. 399. Fr. Junius Lib. I. Parall. 92. Tom. I. Oper. p. 1466. Sed meliori ratione quicumque pietate insignes cum כוכבי conferuntur Daniel. 8, 10. conf. Matth. 24, 29. Apoc. 1, 16. c. 12, 4. de Verbi Ministris, Mundi Luminibus. Inde illustriores personæ meritò stellæ nomine veniunt: qualem in Bileami vaticinio per vocem כוכב intelligendam esse, exemplò suò uterque Chaldaeus docuit, reddens מלכא & quidem, ut Onkelos subjicit, משיחא de quo infra dispiciemus. Syrus & Samaritanus vocem ebraeam retinent; Graeci per ἀστρον rite transferunt, in quantum ista vox paria facit cum ἀστὴρ, & unum stellæ corpus designat: uti frequenter istæ voces, diversum aliàs significantes, pro iisdem ponuntur, vid. Act. 27, 20. Ebr. 11, 12.

§. XIV. Stella isthac oritura dicitur מיעקב ex Jacob. Ubi non est ut altiùs repetamus originem & denominandi rationem vocis יעקב. Constat ea luculenter ex ipsis S. Literis Genes. 25, 26. c. 27, 36. Vera significatio est ab עקב & detento, quod mireris, calcaneo infantis in ipso adhuc utero constituti. Eam contumeliosè transfert Esau ad fraudulentam supplantationem l. c. Seqvuntur minùs cautè multi invidum Esavi ingenium, à quo Parentum Jacobi, nomen imponentium, erat alienissimum. R. Sal. Jarchi ad Gen. 25, 26. scribit: ויקרא שמו יעקב הקבה דבר אחר אביו קרא לו: ויעקב Et vocavit nomen ejus Jacob, DEus nimirum Sanctus atq; Benedictus ille. Alia expositio est, pater ejus vocavit eum Jacob, propter apprehensionem calcanei. Ubi præter fundamentum hanc nominis impositionem ipsi DEO tribuit; ex vero tamen calcanei potiùs quàm fraudis meminit. Philo tamen disertè Jacobum vocat πτεροειδὴν supplantatorem callidum ac fraudulentum, licet non nihil excuset subjiciens: τὴν ἀρετὴν ἀνακρίνοισι κλώμεν. Falluntur pariter, quotquot statuunt, radicem יעקב accessisse ex nomine יר potiùs, quàm ex literis hæmanticis, more in nominibus propriis pariter ac appellativis receptò. Designat ea vox primò ac propriè Isaaci ex Rebecca filium secundo-genitum: qui cum multiplicatæ in immensum familiæ Israeliticæ stirps atq; conditor esset, factum inde est, ut universus ingens posteriorum cœtus, à DEO in peculium electus ac fertilissimo Palæstinæ loco

loco felicissimè collocatus; eo Jacobi nomine in Scripturis S. sæpe multumq; & sigillatim nostro etiam loco, veniat. Quod nemini probabimus, qui S. Literas ignorat; nemo negaverit, qui easdem etiam non luculenter callet. Satis evidenter Targum Hierosol. non de persona, sed familia vocem **יעקב** interpretatur inquit: **מרבית יעקב**.

§. XV. Adjungitur exortæ stellæ Virga sive sceptrum, in & ex Israel erigendum. Quò significatur officium Christi regium atque regnum medios inter hostes etiam potentissimum. Est enim sceptrum ferreum, eoq; nomine in tumultuantes gravissimum Ps. 2, 9. est & oris Christi sceptrum Jes. 11, 4. quò, velut pascuæ pedò, fideles in Ecclesia oves regit, atq; mitissimò vividæ consolationis Ps. 23, 4. & benivolentissimi regiminis sceptrò Mich. 7, 4. ducit potenterque defendit. Ultrumq; sceptrum tam ferreæ gravitatis, quam summæ benignitatis hîc conjunctum dici mus, quippe in rebelles vel morigeros directum. Copulativum γ de eodem subjecto sermonem continuat, & Messiam adeò Gentis Israeliticæ, omniumq; in universum populorum Regem constitutum iri confirmat. Verbum **קום** eodem quò **קם** tempore præterito in eadem significationis classe, non sine peculiari designandi ratione adhibetur. Nimirum **קם** הנבואה in re, quæ ex DEi deo reto infallibili, manifestatione luculentissima, promissione lætissima convictaq; Vatis conscientia certissimè erat futura, præteritum pro futuro ponitur ob veritatem determinatissimam. Notat autem **קום** hîc non *motum* sessioni aut cubationi contradistinctum, sive ipsam surrectionem, ut Ps. 139, 2. sed potius *statum* & situm sceptri, erectè consistentis, divinitus constituti, æternum permanentis & ad vindictam improborum proclivis: quam significationem vir quidam doctissimus ex collatione **קום** cum **קם** elicit. Stabile ergò, duraturum longèq; firmissimum dicitur Christi regnū futurum: quippe æternum. Modus simul constituendi hujus regni erigendiq; sceptri verbò **קום** innuitur, quòd nimirum velut surculus tenellus altas primùm radices agere, inde sensim surgere, crescere ac mox justam altitudinem ac firmitatem acquirere debeat, cui infringendæ nullæ mundi Satanæq; vires unquam futuræ sint æquales, nedum superiores. Idem dominium Onkelos significanter

ter exprimit voce **יִתְרַבֵּן** magnificabitur, dominabitur, quam in locum **קום** substituit, cum hanc jam ante loco **רַרְר** adhibuisset.

§. XVI. Elegantem surculi similitudinem monstrat nobis vox satis controversa **טַבַּשׁ** cujus origo ex arabismo repetenda à **طَبَش** æquabilis fuit, ut adeò vi originis denotet virgam, que recta crescit, non curva vel tortuosa. Non ortum vel figuram, sed usum ejusmodi virgæ monstrat chaldaica radix **טַבַּשׁ** excutere lanam, ac in primis Syriaca **טַבַּשׁ** duxit, produxit, extendit, opus ductile fecit ex auro vel are, in paël flagellavit. Si eâ, quâ par est, ratione ad usum ejus biblicum attendamus, duo in primis significareprehendimus, primariò & propriè quidem virgam sive baculum; metonymicè verò alia, ex teneriori virga fieri, aut eadem significari solita, puta calamum sive stylum scribæ, sceptrum Regis integramque tribum. Ita notat *virgam* sive baculum ex arbore aut succifotruncò enasci solitum, quò cyminum excutere *Jes.* 28, 27. oves ac boves ducere ac ferire *Levit.* 27, 32. *Ps.* 23, 4. *Mich.* 7, 14. servos filiosq; immorigeros & officii sui immemores aut negligentes percutere ac fustigare licet *Exod.* 21, 20. *Prov.* 10, 13. c. 13, 24. c. 22, 15. c. 23, 13. c. 26, 3. c. 29, 15. *Ezech.* 21, 15, 18. Adeoq; suum præstat usum in re familiari atque castigatione paterna, herili, quin & morali, civili, ipsaq; divina *Job* 9, 34. c. 21, 9. Per *calamum* seu stylum Scribæ reddidit vocem **טַבַּשׁ** Chaldaus *Judic.* 5, 14. **כְּתָבִין בְּקוֹלָמוֹס דְּסַפֵּר** scribentes calamò scribæ: ubi per feriem textûs accuratissimè virgam synodalis indictionis intelligit *D. Varenius Decad. Mos. in Genes. p. 594.* consentiunt rectissime in *Versione & Notis Junius ac Tremellius.* Alii implorati per literas impetratiq; auxilii, & obtenti per prælium principatûs nullam rationem habentes, de Zabulonitis mercatorib; intelligunt, qui pennâ scriptoriâ, vel stylò potiùs sive radiò Geometricarum & Arithmeticorum, cum vicinis Tyriis rationem sæpe inierint, adeoq; calamò inclaruerint. Ita *Andr. Masius Comm. in Jos.* 19. p. 271. Inde de *bastilibus* sive lanceis vox **טַבַּשׁ** adhibetur, qualibus confossus ac perforatus Absalom est, filius maximè immoriger *2. Sam.* 18, 24. Nec desunt, qui per concessam aliàs literarum transpositionem à **טַבַּשׁ** Latinorum stipes, Germanorum *Stab* / aut

Spatha etiam deducant. Istud verò omni dubio caret, quòd in Scriptura S. nomine שֵׁבֶט *sceptra*, regiae majestatis insignia, aliquando veniant Ezech. 19, 11. 14. indeq; ipsa eminentia, auctoritas, potestas ac majestas regia, κύριον τῆς πολιτείας ἢ δέξιμόν ἀξίωμα ita dicatur: ut ex Genes. 49, 15. Ps. 45, 7. Prov. 22, 8. Jes. 14, 5. Zachar. 10, 11. & ipso loco nostro manifestè colligitur, atq; invictè adversus contrasentientes, Rabbiorum & Calvini affectas nonnullos, à Nostratibus est assertum. Conferantur è multis D. Franzius *Schol. sacrif. disp. XI. §. 85. p. m. 315.* D. Geier *Tom. I. in. Ps. p. 390. 891. Tom. II. p. 215. in Proverb. p. 482.* D. Schmid *Colleg. bibl. I. p. 172.* D. Glassius *Phil. S. Lib. V. Tr. 1. c. 12. p. 398. (1333.)* Hackspan *Port. I. Not. Phil. p. 252.* D. Pfeiffer *Exerc. Bibl. p. 61. seqq.* imprimis verò D. Varenius *Decad. Mos. in Genes. p. 594. 597.* atque Vöetius *Tom. II. disp. select. p. 58.* qui accuratè pluribus de hoc argumento egerunt. Peculiarem unicuique tribui virgam (ut Numer. 17, 2. seqq. extra ordinem factum) quidam adsignant, contendentes, quòd virgæ ejusmodi tribus nomen inscriptum fuerit, eaq; à Principe tribus, tanquam potestatis insigne, gestari debuerit: quò videatur Menochius *lib. 1. de republ. ebr. cap. 4. f. 23. seqq.* Sed potior eorum ratio videtur, qui stirpem & communem stipitem cum arbore conferunt, quòd sicut arbor plures de se emittit virgas atq; ramos: ita gentis Israeliticæ conditor plures de se familias integrasq; tribus produxerit, hisq; nomen שבט rectissimè hæserit. Quod in tanta omnium consensione usu biblicò probare supervacaneum ducimus. In nostro autem loco שבט pro sceptro & regali majestate sumi, ipsa res loquitur, & consentiens optimorum Interpp. suffragium testatur luculenter. Samaritanus interpres, Symmachus, B. Lutherus, J. Tremellius, Castalio aliiq; Latinorum, sceptri vocem rectissimè retinent. Translatio Arabica, Latina Vulgata & Santandreana, primam vocis significationem secuta, longius à textu, significatum determinante, recedunt, reddentes: virga. Quam malè sequuntur Biblia German. Norimbergæ ante B. Lutherum edita: ein Stuet steet auff von israhel. Longè rectius אונקלוס ipsum משיחא unctum Domini, adeoq; Regem Christum nomine שבט intellexit: quòd eleganter geminâ voce expressit Targum Hierosol. פרוק ושלום Redemptor atq; Dominator.

tor. Vox פֶּרִי redemptorem, liberatorem atque Salvatorem d'e-
 notat, non tantum ratione periculi externi, quod corpori bonisque
 aliis ab hostibus hinc imminet, sed & interni & aeterni, quod animae,
 aeternum alioquin peritura, metuendum, nunc autem feliciter o-
 mnino amolitur est: ὅτι κύριος ὁ θεὸς τὸ Ἰσραὴλ ἐπεσκέψατο
 καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ καὶ ἤγαγε κέρας σωτηρίας
 ἡμῶν Luc. 1, 68. 69. ubi & Syrus de Messia nostrum פֶּרִי adhibet, in-
 quiens: פֶּרִי מֶלֶךְ מִלְּפָנֵי יְהוָה
 quin disertè eandem vocem פֶּרִי Christo tribuit Luc. 2, 11.
 & aliàs, uti & Chaldaeus Zach. 9, 9. Rectissimè pariter Syrus no-
 strum מֶלֶךְ reddidit per פֶּרִי quod praestantissimum, prae-
 cipuum, in suo genere summum, ordine vel dignitate primum, & ut
 verbo dicamus, Principem designat, ac paria facit cum τῷ ἰγυμένῳ
 apud Syrum Luc. 22, 26. Quapropter infra maiestatem veritatis ebra-
 icae subliterunt LXX. Interpretes, vocem מֶלֶךְ convertentes ἄνθρω-
 πῶν. Unde errandi occasiō multis subministrata, qui nunc atq; olim
 nimia Translationi huic velut ἀξιοπίστῳ, nisi prorsus θεοπνεύστῳ au-
 thoritatè tribuerunt. Certè Origenes *homil. 13. 15. 18. & lib. 1. cont. Cels.*
 Athanasius *de incarnatione verbi*, Chrysostomus *homil. 1. in Matth.*
 Eusebius *lib. 9. demonstr. evang. c. 1.* Cyprianus *lib. 2. contr. Jud. c. 10.*
 Ambrosius *in Luc. 2.* Hieronymus *in Jes. 46.* Lactantius *l. 4. Instit. c. 13.*
 Isidorus *de nativ. Dom. c. 13.* Prosper *l. 2. de predict. c. 12.* Leo *serm. 4.*
de Epiph. Maximus *serm. 3. de Epiph.* Procopius, aliiq; existimarunt,
 stellam indicare divinitatem, istud מֶלֶךְ verò humanitatem Christi:
 quia ὁ reddiderunt ἀνθρώπος. Verum מֶלֶךְ nec hinc, nec usquam
 in Scriptura significat hominem. Processio stellæ tam ex Jacobo
 futura dicitur, quàm erectio sceptri ex Israël. Nomine מֶלֶךְ Chri-
 sti θεῶν ἰσχυρῶν officium regium, non natura humana describitur.
 Ideoq; rectius istud Symmachus transtulit: σκῆπτρον. Malè collig-
 git *Corinus h. l.*: Potestas regalis non administratur hinc nisi ab homi-
 ne; ut rectè græci hominem pro virga reddiderint. Sed isti nec ver-
 bum ipsum retinuerunt, nec sensum Christo, secundum officium re-
 gium considerato, congruum expresserunt. Per מֶלֶךְ hinc non
 sub-

subjectum hominis nudi, sed cum adjuncto sceptro Rex sceptra tenens significatur. Alia est sceptri mundani administratio, alia regni Messiae significatio. Generalia cum specialibus, & quae inter se sunt diversissima confundit Lorinus. Quanquam enim apud omnes recte pieq; sentientes in confesso sit, Christum ἐκ πατέρων τὸ κατὰ σάρκα esse reverà ἀνθρώπον; hic tamen in officio regio spectatus in unitate personae simul est ὅτι πάντων θεὸς ἐυλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας Rom. 9, 5. atq; sinitur considerandus, ut ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς Act. 3, 15. τῆς σωτηρίας Ebr. 2, 10. καὶ πίστεως c. 12, 2. & est ratione hujus מלך ה' βασιλεὺς τῶν βασιλέων (βασιλευόντων) ὁ κύριος κυρίων (τῶν κυριεύόντων) 1. Tim. 6, 15. Apoc. 17, 14. c. 19, 16. Maneat igitur assertum Christo Regi sceptrum ferreum Ps. 2, 9. rectissimum Ps. 45, 7. in medio inimicorum Ps. 110, 2. oris Christi Jes. 11, 4. amygdalo ex celeritate similitimum. Jer. 1, 11.

§. XVII. Sceptrum istud surrecturum dicitur מִיְשָׁרָאֵל. Quae vox מִיְשָׁרָאֵל vi etymi notat Principem DEi fortis, à מִיְשָׁרָאֵל Principem se gesit, atq; אֱלֹהִים DEUS. Quam deducendi rationem ipse DEi Filius nobis suppeditat Genes. 32, 28. c. 35, 10. ut de prima hujus nominis impositione, impositiq; ratione nullum superesse dubium debeat. De quo audire juvat Θεοφωστὸν Λυβερὸν Lutherum in cygnea cantione & Commentario verè aureo in Genesin ad c. 32, 28. Tom. IX. Altenb. f. m. 1027. b: Omnes, inquit, sudârunt in hoc vocabulo explicando, quia absurdum visum est, nos appellari Dominos & victores DEi. Ac sanè verum est, si secundum Philosophiam judicabis, sed in spiritu & Theologia rectè & piè DEus dicitur à nobis vinci: non tamen sic vincitur, ut nobis subjiciatur, sed. iudicium seu ira & furor ejus & quicquid nobis obstat, vincitur à nobis petendo, querendo, pulsando, ut fiat ex irato iudice, sicut antea videbatur, Pater amantissimus.

Reliqua de Bileami Vaticinio sequenti Disputatione adjungemus.

SOLI DEO GLORIA!

Umg VI 16

ULB Halle 3
002 061 678



sb

Z







24 32

Q. D. B. P.

DISPUTATIONE PHILOLOGICA,

Ex

Bileami Vaticinio

NUMER. XXIV, 17.

STELLAM EX JACOB ORIUNDAM,

adversus

Judæorum quorundam detorsiones

afferet

PRÆSES

M. JOH. HELVICUS WILLEMER,

Mœno - Francofurtanus,

RESPONDENTE

PETRO ARENDT, Osterbroco-Hadelensi,
Phil. & SS. Theol. Stud.

Anno 1678. Ad diem 23. Octobris,

Horis antemerid.

In Auditorio Veteri,



WITTENBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI.

